



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

3. Contra prædeterminatiuas præfinitiones Sanctum Thomam instare ex
aliorum, & eius discipulorum insigniorum iudicio ostenditur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

[Necessitatem naturalem non auferre libertatem;] Ad alia, ad quæ necessitas non est, intelligitur. Scilicet necessitatem naturalem voluntatis ad bonum, seu beatitudinem in communi, non auferre libertatem eius ad bona particularia, ut patet ex eo art. & seq. & sequenti etiam quæst. 88.

11. Denique opponitur ex 1. p. q. 105. art. 5. post med. corp. [Deus mouet res ad operandum, quasi applicando formas, & virtutes rerum ad operationem; sicut etiam artifex applicat securim ad sciendum.] Ergo, sicut etiam mouetur securus, & applicatur ab artifice per impressionem impulsus physici præiij ad sciendum, ita res omnes, etiam libere, mouentur, & applicantur à Deo ad operandum, intentione per Thomisticam prædeterminationem, executiue per qualiterque impellentem, & prædeterminantem ad operandum. Confirmant ex q. 3. de potent. art. 7. ubi hanc similitudinem explicat S. Thom. tradit: Id quod à Deo fit in re naturali, quo actualiter agit, est intentio sola habens esse quoddam incompletum per modum, quo colores sunt in aëre, & virtus artis in instrumento artificis; & statim feret. [Vnde sicut instrumento artificis confertur non potius, quod operaretur, abique motu artis: ita rei naturali confertur non potius, quod operaretur abique operatione diuina.] Respondetur negando ex his locis. colligi præiij physicam motionem, & prædeterminationem. Primo enim loco applicationis nomine non impulsus ab artifice impulsus feret, aut securi secundum se sumptus efficitur enim non applicatio virtutis, sed virtus ipsa physica applicata est. Applicatio vero est motus ipse, & actio finalis, seu sciens feret, nec secundum se solū sumpta, sed propter ab arte procedit accomode ad formam artis, & artificii, iuxta S. Th. 1. p. q. 45. art. 5. corp. 3. p. q. 19. art. 1. corp. & ad 2. & art. 2. q. 62. art. 1. ad secundum de potent. med. corporis. Ita ut motus, & actio illa ut ab impulsu, & forma instrumenti physice est, sit naturalis, ut ab arte, cuiusque directione artificialis sit, ut bene explicuit Caiet. 3. p. q. 13. art. 2. §. *Ad euidentiā*. Ad eum igitur modum ait S. Th. moueri, seu applicari ad operandum causas secundas etiam liberas à prima: non quidem qualitate physice prædeterminante, aut prædeterminatio decreto (que vel applicanda, aut applicata virtus est, vel applicans Deus, non autem formalis ipsa applicatio) sed motu, & concursu simultaneo, imo identificato cum concursu causæ secundæ, quatenus à Deo concursus ille est. Idcirco testimonio 2. ait, [Quod sit à Deo in re naturali, quo actualiter agit.] Id autem quo res actualiter agit actio procedens est. Ac sine alijs, id ita necesse esse, nec abique operatione Dei causa secunda operetur,] sicut nec instrumentum operatur abique motu artis. De ea vero operatione, ut à Deo est pergit: *est intentio sola extrinseca denominatione ab arte diuini intellectus, & voluntatis, quibus ad suum effectum ordinatur, & ex quibus res naturales Dei instrumenta dicuntur*: quatenus enim denominatione hæc rei inhærens cogitur, quid rationis est, quod solum intentionis nomine significatur apud S. Th. hic iuxta eius generalem regulam in 1. d. 33. q. 1. art. 1. ad 1. & communem omnium scholasticorum, qui intentionem non nisi ad potentias cognoscitivas, & volitivas referunt. Id autem quod intentio sola est, non physica qualitas est. Confirmatur, quia post verba postrema ait. *Securi dari non potuit, quodvis artis effectus in ea vniuersim, quasi quædam forma permanens, nisi haberet intellectum*: sine quo permanens esse nequit: quare solum transeuntiter & per extrinsecam denominationem ars in securi esse potest: ac subinde in causis secundis motio primæ ex eius providentia arte, & directione suprema eo solummodo esse potest iuxta S. Thom. subdit, *habens esse quoddam incompletum per modum, quo colores sunt in aëre, & virtus visus in instrumento artificis*. Vocatur autem ens incompletum, & diminutum est apud S. Thom. in 4. d. 1. q. 1. art. 4. quæstione 2. & 4. ubi motionem instrumentorum gratia appellat intentionem, ens diminutum, non completum, sed incompletum. Tum etiam: quia motus, & operatio illa simultanea non est quid completum, & permanens, sed via & fluxus ab agere in terminum, quare & ens fluens, & incompletum iuxta S. Th. 3. p. quæst. 62. art. 4. line corporis. & ad 1. & q. 27. de verit. art. 4. ad 4. Caietan. citato S. *Ad euidentiā*, *Christoph. de Ortega, de Deo Vno*, Tomus 1.

quod vero ait, *esse per modum quo colores sunt in aëre* intermedio inter coloratum, & vilius, totum hoc confirmat. Colores enim obiecti secundum suum esse physicum in aëre non sunt, sed secundum esse intentionale suarum specierum, & representationum impressarum, quæ in aëre sunt, & quibus obiectum præiens, tanquam instrumentis, vitur ad sui visionem. Et si autem motione hæc simultanea extrinseca, imò identica cum operatione causæ liberæ, ut Deum ait, tanquam instrumento, non strictè quidem & proprie loquitur, sicut reliquis agentibus naturalibus, sed laxè, & communiore quadam instrumenti ratione: ut patet ex 3. cont. gent. cap. 112. sub init. & q. 24. de verit. art. 1. ad 5. Ex quibus omnibus liquet sensus S. Thomæ 1. p. quæst. 105. artic. 5. corporis. post med. aientis: *primum agens mouet, secundum ad agendum: & secundum hoc omnia aguntur in virtute Dei*. Etenim inde colligi potest solummodo concursus Dei simultaneus exemplo motus instrumenti ab arte, & artifice, quod statim subdit, & hæcenus explicuimus; quin reale quidpiam superaddatur præter extrinsecam denominationem, seu intentionem, aut ens rationis. Quinimo physice prædeterminationis, aut prædeterminationis necessitas, ut causæ secundæ liberæ operentur aperte eo articulo excluditur à S. Th. ait enim ibi: *Deus immutat voluntatem dupliciter. Vno modo, quando voluntatem mouet ad aliquid volendum sine hoc, quod formam aliquam imprimat voluntati*. Non ergo necesse est Deum imprimere aliquam physicam formam, aut qualitatem, ut moueat voluntatem: Secundo. Quia, cum ibi recenset ea, quibus aliter mouet aliquid imprimendo solum numerat gratiam, habitus virtutum; lumen gloriæ, & visionis Dei claritatem; nusquam autem physicam qualitatem prædeterminantem, ac sine corporis deformis hinc à Deo impressis ad voluntatem mouendam ait. *Aliquando autem forma superaddita non est usque quaque perfecta sicut est in viatoribus; & tunc ex forma superaddita inclinatur voluntas, sed non ex necessitate*. Ergo non est vlla in via forma immixta, & impressa nobis à Deo, cui necessario consentiamus, & cui, etiam aditanti, non possumus resistere, iuxta S. Thom. Alia ex S. Thom. opposuimus d. 6. de scient. q. 1. & disp. 5. q. vit.

CERTAMEN III.

Contra prædeterminatiuas præfinitiones sanctum Thomam instare ex aliorum, & eius discipulorum insigniorum iudicio ostenditur.

1. **R**es hæc è nostrorum Doctorum iudicio, & si eruditi, & multa in S. Th. lucubratione, & testimoniorum eius allegatione, & collatione fundato agenda hic non est, sed aliorum, quibus nullum partium, aliudve, quam veritatis studium opponi ab aduersariis possit. Et in primis suspiciendum ob accuratam eruditionem, exactissimamque mentis hac in re S. Thom. indagationem est iudicium R. P. Petri à S. Iosepho Cisterciensis è Fulensi congregatione, erudito tract. incognito [Defensio S. Th. Aquinatis aduersus recentiores quoddam Theologos, qui prædeterminationem physicam ad actus liberos illi fallo assignant] è cuius disp. 1. sect. §. n. 4. ea sunt verba. [Scientiam mediam esse ad mentem S. Doctoris dubitari non posse,] & similia d. 2. sect. 10. n. 1. & d. 4. concordia suavis sect. 3. & 4. Alphonsus Mendoza q. 7. scholastica n. 13. concl. 5. in his prædeterminatiuis de creatis humanarum actionū ab earum præiijctione independentibus, Thomistas *Scoto potius aduersario suo, quā proprio agonotheta D. Th. adherere*, ait, Lorca 1. 2. art. 2. d. 20. n. 1. §. Et quidè (de Thomistis hac in re scribit) *esse à præte Angelici Doctoris; idque testari grauissimos Thomistas Caietanū, & Conradū*. Et q. 1. concl. 2. nostræ de efficacia auxilij, sententiæ subscibit, at q. 1. in 3. p. q. 1. art. 3. d. 10. m. 2. n. 16. diligenter expellit S. Th. verbis ad 4. de præsuppositione præscientiæ, utique conditionatæ, ad prædeterminationem ait. [Ex quibus S. Th. verbis

verbis constat præscientiam illam, quam dicit supponi ad prædeterminationem non esse scientiam simplicis intelligentiæ, nec scientiam visionis, sed scientiam, quam vocant mediam; quæ ex hoc loco S. Thom. manifeste adstruitur, quo singulariter probato concludit: [Loquitur ergo de scientia conditionata, quæ est prior omni decreto productionis, & media inter scientiam possibilem, & scientiam eorum, quæ absolute futura sunt, &c.] Franc. Diotallevius Episc. S. Angeli de scient. conditionata c. 5. tit. quarta probat, nostram scientiam ex S. Thom. esse studiose probat. Et sine ait. [Hanc autem scientiam, ut patet ex locis datis non reiert S. Thom. in decretum aliquod divinum.] Quæ est de alicui a S. Thom. scientia media, & futuris conditionatis ante, atque independentem ab actuali Dei decreto fiat: Cum id adeo sit connexum cum existentia contingentium absolutorum, independentem à decreto Dei efficaci prædeterminatio in scientia Thomistarum, quos impugnamus, nequeunt non hæc loca suis prædeterminatiis præfinitionibus aduersari. Secundo: quia omnium opinione scientia media excludit, adhuc ex parte hypothetis, & conditionis, principium sui quodvis connexum essentialem cum ipso, siue illud physica prædeterminatio, siue prædeterminatio præfinitio, siue quid aliud sit.

2. Nec minoris eruditionis operam in S. Thom. contra prædeterminatiis præfinitiones demonstrando locavit Gabr. Pemonius Canonicus Regular. Augustin. lib. 3. propugnaculi humanæ libert. c. 19. n. 1. vbi ait. [Testimonium S. Thom. maximum est, & maximum esse debet ad eandem secundam propositionem (de scientia media) suadendam, cuius, ut omittam loca ab aliis Doctoribus citata, duplex est locus in hac re, mihi quidem, satis evidens, & rem concludens.] Et lib. 8. c. 24. num. 6. [Quod vero hoc sit etiam contra mentem Dni Thom. præter loca adducta, & præter quod nullum est testimonium in contrarium, hoc ostenditur: quia omnes antiquiores D. Thom. interpretes ita D. Thom. interpretantur, ut cum illo negent hanc prædeterminationis voluntatis motionem.] Magist. Franc. Cornejo Augustinianus Primar. Salmant. Theologie Professor lectura de scient. Dei d. 5. dub. 3. re ex S. Th. testimoniis ostensa subiungit: [Inerim dixisse sufficiat: [Sæpe Thomistas ex multo minus aptis verbis affirmasse aliam difficiorem sententiam esse S. Thom.] Atque præsentis futurorum in æternitate ex æternitate exemplum adhibet. Mag. Martin. Albiz Augustinian. Primarius etiam Compluten. p. 1. tract. 1. de scient. d. 7. sect. 1. §. S. Thom. ex huius testimonio 3. p. q. 1. art. 5. vbi Augustinus citat, concludit. [Fuit ergo S. August. & S. Th. in hac sententia.] Illustrissimus Ferdinand. Mascarenas d. 2. de auxil. p. 7. n. 3. testimoniorum S. Thom. quæ pro nobis sunt, alienissimas esse interpretationes mentis S. Doctoris à Dominicanis recentioribus datas testatur. Fr. Angelus à Monte Piloso t. 2. p. 1. commentat. in Scotum d. 47. art. 3. n. 11. scribit hac in re Thomistas [voluntariè derogare S. Thomam.] Thomas Vvalden. doctrinalis fidei c. 18. [Imposturam esse, docet, si Beato Doctori eiusmodi adscribatur opinio] de prædeterminationibus, seu præfinitionibus humanarum actionum. Doctor Ioannes Garcia Coronel, Primarius Theologie Vallisoletanus Professor epistola recitata q. 5. cert. 2. n. 9. circa finem illis verbis quam (scilicet Molinæ in re præfinit sententiam) esse Beatorum Augustin. & Thomæ pro indubitato habeo. [Doctor Ioan. de Roda uila de prouid. & prædest. lib. 2. sect. 7. n. 56. præfinitiones Thomisticas sanctis Augustino, & Thomæ repugnare ostendit, & sect. 10. n. 62. ait eas esse scripturæ, & Patribus repugnantes, atque plerumque ab his, qui eos non legunt assertas; [D. vero Thomas, & S. Augustinus id non tenuerunt.]

3. His adnumerandi sunt ex Dominicanorum familia solum, viri doctissimi inferius memorandi, qui contra prædeterminationes, & præfinitiones subinde prædeterminatiis scripserunt, nec usquam in re adeo graui, à suæ scholæ Præceptore; Maxime vbi contra suæ scholæ, & Religionis alumnos res ab exteris agebatur deferrent. Sed illi in primis, qui horum recentium Thomistarum sententiæ S. Thomam aduersum omnino esse testantur. Ij enim omnes vel tacite, & virtualiter, vel expresse, & formaliter pro nobis esse S. Thomam & censent, & testantur: euincuntque nostram sententiam è vera

Thomistica schola esse potius, quam opinionem addersam. E postremis recitandus 1. loco est Magister Ioan. Gonzalez Albelda vnus è Dominicanis disputatoribus Romæ contra scientiam mediam, & auxilia ab extrinseco solum consensu nostro efficacis. Teste Aluarez 7. responsionum. Postea vero Primarius sui Ordinis in Academia Complutensi Antecessor t. 1. n. p. cuto d. 58. sect. 2. n. 2. ait. [Primo dico contra primam sententiam Thomistarum recentium. Non oportet, quod gratia præueniens intrinsece inherens, quæ in vno est efficax sit etiam efficax in alio maiori tentatione tentato: ac proinde non est verum dicere, quod gratia præueniens intrinsece inherens, quæ aliquando est efficax, debeat esse efficax semper, & in quocumque supposito qualitercumque tentato. Eoque ex scriptura, Tridentino, & nostrorum rationibus probato subdit: [Quinto demum probatur conclusio. Nam Dnus Augustinus, & Dnus etiam Thomas explicant gratia præueniens efficaciam per contemperamentum, & congruentiam eius cum subiecto, in quo recipitur, vt videlicet eo modo, quis vocetur à Deo, vt impedimenta, & tentationes insurgentes temperentur ab ipsa sancto iuxta modum, & quantitatem internæ inspirationis, quam nouerat se dedisse ei, qui vocatur.] Esi autem decretum Dei efficax ad nostras actiones admittat d. 57. ait prædeterminatiis esse non admittit, quare nec Thomisticam imo nec aliud, quam post exploratam congruentiam uocationis cum vocato, & circumstantis conceptum abique aperta inconsequentia admittere potest; maxime cum præfinitionem Dei ad materiale peccati eisdem, quibus nos præfinitiones vniuersim reicimus, fundamentis reiciat disp. 59. sect. 2. n. 13. concl. 3. atque S. Thom. 1. 2. q. 9. art. 6. ad 3. cuiusque germanis discipulis aduersas testetur. Cuius ideo hac in re sententiam improbabilem, & implicatioriam docet Magist. eiusdem ordinis Greg. Martinez 1. 2. t. 2. q. 79. art. 1. dub. 3. conclus. 3. merito, si præfinitiones prædeterminatiis, atque à scientia congruentia: uocationis circa actiones nostras honestas independentes admisisset; siquidem eisdem rationibus præfinitiones malarum actionum, atque bonarum, vel admittendæ suat, vel ablegandæ, vt de malarum præfinitionibus agentes inferius videbimus d. 2. quin & Magist. Lemos, alter, scilicet physicum prædeterminatiis Dominicanus Romæ propugnator, eas nihilominus contra S. Thomam esse publicè ibi docuisse fertur: idque contra reclamantes Thomistas defensionem se ait Carmel Theolog. fundam. pag. 8. nota 1.

4. Caietanus vbiq; tanquam S. Thom. sententiam tuetur causas secundas, præfinit liberat, determinare vltimo causam primam, non autem ab ea determinari ad suas liberat actiones l. p. q. 14. art. 13. post med. comment. [§. Neque sustineretur est Scotus, ait. Motio causæ prioris modificatur à causâ secunda secundum modum ipsius causæ secundæ; & sic, licet à prima causa mouetur necessario secunda; recepta tamen motio in secunda, si secunda causa imaginetur contingens, modificatur contingencia contingens. Et quoniam prius natura modificatur, quam impellat ad mouendum motio illa iam modificata ad causam contingentem mouebit secundam ad mouendum, non necessario, sed contingenter.] At si motus illi Scoti [causâ, quæ mouet in quantum mota, & necessario mouetur, necessario mouet ait: Li mota ab alia distinguitur alia distinctione: scilicet aut motione præuia propriæ actioni, sicut à quæ calefacit calefacta ab igne; aut motione cooperante ad propriam actionem. Primo modo dato, quod esset vera aut sustentabilis; Secundo tamen modo sustineri non potest dicta propolendo: quoniam causa cooperans intrinsece cooperatur: ratio est autem cooperatio primæ causæ.] Subdit effectum contingentem non attingi prius natura à causâ primâ, quam à secunda: & si prima illa sit, quia independentis, & immediatius immatione virtutis, quam secunda, ad illum concurrat. Repetit totam doctrinam quest. 19. art. 8. [§. Secundo distinguendo] col. vlt. quæ, cum præuiam præfinitionem motionem suam, ac prædeterminatiis physicam motionem suam, ac prædeterminatiis præfinitionem mouere Banez videtur, non sine stomacho, & impugnatione retulit ibi [§. Sed antequam nostram. Cum autem Ledesma de auxil. art. 3. [§. Secunda sententia] legeret Caietanum, & art. 8. [§. Primo distinguendo] ita S. Th. ibi explicantem, [Non enim oportet

cum aliquis vult aliquid, seu, cum Sol illuminat, primam causam prævia motione, cooperari, sed sufficit, & exigitur tam intrinsece cooperari tali electioni vel illuminationi: & hoc, quia cooperatio in vnoquoque est secundum naturam vniuersalemque; sic enim disponit omnia suauiter. Caietanum valde infirmare Molinæ opinionem, vel inuicem foretur. Sed apertius adhuc est Caietani testimonium primum ob prioritatem naturæ qua modificari, seu determinari à causa contingente secunda motionem primæ, vt actu moueat, & cooperetur ibi ab eo concessam. Neque enim determinari à causa contingenti prius natura concipi potest, nisi quia ex parte primæ motio, & cooperatio determinata ex parte Dei minimè est, sed ex parte illius indeterminata, & indifferens.

Item q. 22. art. 4. ad 1. ait. [Difficile non est saluare naturam causæ liberæ cum prædicta infallibilitate diuine providentiæ, eo, quia huiusmodi infallibilitas nihil dat, vel aufert causæ ad vtrumlibet: sed cum ipsa stat, quod causa habeat potentiam indifferenter ad illud infallibile, & ad eius oppositum, & propter hoc diuina providentia non admittit contingentiam à rebus.] Daret autem aliquid ad vnum, & potentia absolute ad illud, cum proximè, cum remote constitutum essentiale, aut ferreque essentiale, tam proximum, quam remotum potentia ad oppositum absolute complementum, & providentia, ac prædestinatio, si in præfinitione effectus contingentis prædeterminatiua consisteret: quare neque ea posita esset indifferens ad vtrumque potestas. In quam sententiam plura ibi dedit Caietan. memorata d. 5. de scient. q. vii. Deinde quæst. 41. artic. 2. eo. cum S. Thom. à necessaria causa liberam distinguit: quod hæc non est determinata ad vnum, sed est ad vtrumlibet indeterminata, & sublati omnibus impedimentis est principium eorum effectuum, qui possunt, sic, vel aliter esse quod versus finem Commentarij illius articuli, & ratione adducta pro a. conclus. & §. Ad euidentiā, & seq. circa med. amplius explicat, & confirmat, & q. 82. art. 1. & 2. omnem, tam quoad exercitium, quam quoad specificationem volendi, & operandi; vel secus necessitate ad voluntate libera excludit; præterquam ad finem, seu bonum in communi, & q. 83. art. 1. docet ex S. Thoma libertatem, seu indifferenciam ad opposita pugnare cum determinatione ad vnum. Consona 1. 2. q. 9. art. 4. vers. fin. dicens, [quamvis primus actus voluntatis sit ex instructo dato ab exteriori causa effectiua, Deo; Ipsa tamen voluntas iam ex hac finis boni in communi volitione seipsam mouet ad volendum alia propter finem: quod brutis non conuenit.] Et volitione illa prima, seu inclinatione naturali voluntatis in bonum per naturalem inclinationem grauidos in motum, & locum deorsum à Deo, & generante inditam ex explicata ait: inde illa nec mouet se, nec se applicare voluntatem: quare cum motum naturalem esse, & à dote naturæ, non autem voluntarium, seu liberum. Non autem quandoque, sed semper, cum voluntas mouet se, id est libere operatur, vnde seipsa applicando se ad volendum, vel nolendum.] Et art. 6. fine [in responsione ad 3. habetur: quod Deus non solum potentiam voluntatis dat, sed actum volendi clausum in omni actu volendi ipsam scilicet volitionem boni. In omni enim volitione hæc volitio clauditur, vt principium in commune. Et propterea in littera dicitur, quod ex hac volitione voluntas per rationem determinat se ad hoc, vel illud bonum vere, vel apparenter: & sine illa præsupposita volitione, nihil omnino velle potest. Et hæc volitio est illa, ad quam dictum est oportere voluntatem moueri ab alio, etiam quoad exercitium actus.] Quo autem modo ea volitio boni in communi, & naturalis in exercitio sit, & omnem boni in particulari, in qua includitur, volitionem præcedat, explicandum est iuxta dicta cert. 1. & q. 10. art. 1. post med. ait: tunc operatur, cum non determinata ad vnum operatur, sed clausam S. Thomæ in corpore, tam deinde terminatio voluntatis libera in actu primo, & indifferencia ad multa, ac negatione prævia motionis à Deo cum determinatione, & necessitate ad vnum, vt maneat effectus contingens, & liber à Deo planam, & exploratam censet, vt

commentario, & confirmatione sua non habeat opus.

6. Ferrara 1. cont. gent. c. 67. col. 7. §. Ad euidentiā secundi dubij probat ex S. Thom. q. 2. de verit. art. 14. q. 5. art. 9. ad 10. & 1. sententia, d. 38. art. 5. & si Deus ex necessitate operaretur ex parte sua, tamen actionem, seu cooperationem eius in actu exercitio, & effectum fore contingentem propter contingentiam in operando causæ secundæ, cui cooperatur. Vnde subdit: [Causa prima producit effectum mediante causa secunda non in aliqua priori duratione attingit effectum, in qua non attingatur à causa secunda, licet dicatur prius agere in quantum secunda non agit, nisi virtute primæ. Vnde non oportet, vt effectus in aliquo priori instanti, habeat necessitatem à prima causa; sed simul productis à causa necessaria, & contingentem propter causæ secundæ contingentiam, & ipse contingentiam habet.] Quare licet solum de prioritate durationis concursus diuini negata sonent; tamen prioritatem in omni instanti etiam naturæ negant. Tum, quia absolute in nullo instanti eam admitti tandem ait: quare prioritatem durationis in exemplum clarius adduxit: maxime, cum statim solum prioritatem independentiæ virtutis in operando causæ primæ admittat; tum, quia ratio, quam præmisit, ac verbis repetit potestatem de omni prioritate, etiam naturæ, probat, c. vero 81. 82. & 88. libertatem causæ vniuersam (propter primam, & secundam ambit, & coërcet) in potestate eius indifferenti, & indeterminata ad vtrumvis, scilicet ad velle, vel non, seu velle hoc, vel illud, quin ex necessitate, aut determinatione moueatur ad vnum, constituit, & c. 138. §. 2. confirmat re vera potius quam neget; maxime, si ibi dicta cum recitatis conferantur. Similiter 3. cont. gent. c. 70. sub init. §. circa illam admittit ex S. Thom. [quod à Deo sit in re naturalis, quo actualiter agat, esse solum intentionem habentem quoddam esse incompletum.] Quo prædeterminatiua præfinitiones euerit potius, quam firmari, ostendimus cert. 1. n. 13. maxime in sensu Ferraræ, qui c. 89. sub init. vnde ad id explicandum ratione vltima S. Thom. ibi Aristotelica, petita ex initio consiliandi, quod non, nisi à Deo, habere possumus, qui obinde sit nostrorum consiliorum, & voluntatum primum principium, & §. Ad euidentiā ait: ad primam volitionem finis, seu boni in communi naturaliter, & necessario moueri à Deo voluntates; ad alia vero quandoque & Dei applicatione. Denique §. Ad omnia ista, docet dupliciter esse aliquid perfectè in alicuius potestate; Primo: quia independentè ab alia causa producere illud, vel non producere potest: quod solius Dei est. [Alio modo, quia potest producere effectum, & non producere supposita prima causa, à qua dependet, & à nulla causa ad producendum, aut non producendum necessatur. Et sic conceditur, quod voluntas habet perfectè in sua potestate volitionem suam.] Item 3. cont. gent. c. 139. circa medium. [Nullus est, qui à Deo non moueatur ad bonum, &c. Sed quia diuina providentia vnumquodque secundum naturam suam conditionem gubernat, & mouet; homo autem est liberi arbitrij, potestque diuinam motionem sequi, & non sequi; inde est, quod aliqui diuinam motionem sequentes se ad gratiam præparant; aliqui vero ipsam non sequentes non se præparant.] 4. cont. gent. c. 22. §. Ad huius euidentiā. Quod filij Dei non simpliciter, sed secundum quid ab spiritu sancto agantur iuxta S. Th. rationem reddit; quia agi simpliciter dicitur, qui non ex indifferenci sua potestate, sed ex determinatione ad vnum à superiori mouente operatur. Si autem actio non determinatur sibi ab altero; sed sic quidem moueatur ab altero, siue inclinetur, quod tamen in potestate sua sit agere, & non agere, siue agere hoc, aut illo modo, tale dicitur agi non simpliciter, sed secundum quid: quia non determinatur sibi actio ab extrinseco ad vnum, sed ipsum se determinat. Sed tamen aliquando inclinatur ad agendum ab extrinseco. Quia ergo sic spiritus sanctus nos ad agendum inclinatur, quod libere tamen operamur, & ex proprio arbitrio, tanquam habentes in nostra potestate sequi, aut non sequi spiritus sanctus inclinationem, & motionem: ideo dicimus ab ipso, agi, non simpliciter, sed secundum quid. Postrema hæc duo de motione gratiæ sunt, & potestate sequendi, & non sequendi in sensu composito eius motionem, vt voluerimus: siue & reliqua de motione causæ primæ, in sensu etiam composito, cui, quatenus ex parte Dei sumptæ resisti à no-

& 24. verbo Reprobatio, cap. 5. 6. 10. verbo Tentatio c. 6. & alias sæpe. Paludan. in 3. d. 18. art. 3. fine. Per liberum arbitrium intelligimus illud principium, per quod habemus dominium nostrorum actuum: Non solum, sicut communiter dicitur, quod omne agens dominatur suo passio: quia tunc omne agens esset liberum: quod falsum est: sed sicut potestate habentis tale principium est exire in actum, vel non exire in actum aliquem, vel in eius oppositum. Vt de indifferentia libertatis dixerat art. 1. & 2. Heideus quodlibet. 1. quæst. 1. art. 1. maxime ad 7. docet supposito amore necessario boni in communi voluntatem se determinare ad electionem boni in particulari, quia est principium sui determinativum, nec dari posse eius electionis, Vnam causam per se necessariam, & determinatam. Addit ita ex coniunctio causarum ad electionem voluntatis concurrentium eam sequi, vt non sequi possit. Et quodlibet. 10. quæst. 9. sub fine explicans dominium voluntatis in suos actus ait, habere dominium sui actus est, habere sic in potestate suum actum, quod in potestate sua sit agere, vel non agere hoc, vel illud. Et requirit ad dominium inferre, quod actum principium, etiam super illum indifferentiam, vt applicabilis est ad actum, habent dominium. Si enim aliquid haberet indifferentiam ad agendum, & non agendum, ita, quod illa indifferentia prout applicabilis est ad actum, sibi non subest, non esset in potestate sua agere, vel non agere. Dicant tunc Thomistæ recentes phyciam suam præmotionem, & decretum prædeterminativum suo vnumquodque gradus signo solum esse applicationem voluntatis ad actum, seu operationem, non autem complementum potestatis, & potestatis, dum tamen ea applicatio solius Dei voluntatis, & potestatis, non autem voluntatis nostræ subiacet (vt non subiacet, si ea in decreto prædeterminatio, & prædeterminatione independentes ab usu nostræ libertatis à Deo habitis, & ponendis consistat, vt hi volunt) voluntatisque libertas iuxta egregium S. Thom. discipulum Hervæum, voluntatis nostræ peribit.

9. Succedat Capreolus, & ipse insignis S. Thom. discipulus sententiarum eius interpres, & recitati Deza in Theologia dux, & Magist. Ille enim in 1. d. 1. quæst. 2. art. 1. concl. 5. ex S. Thom. 1. 2. quæst. 15. art. 2. ait. Sola naturalis habet in sua potestate motum appetitivum, & potest ipsum applicare, vel non applicare ad hoc, vel ad illud. Et art. 3. ad 4. & 5. cont. 1. Conclusionem, docet hominem & se, & reliqua ad operandum applicare, cui omnino consentit Deza ibi art. 3. notab. 1. & 2. & art. 4. ad argum. cont. 1. concluf. Capreolus. Item qu. 3. post concl. 3. docet voluntatem liberam esse indeterminatam, & circa obiecta, & circa exercitium actus, sequere oblique illa necessitate determinare. Et art. 1. concl. 3. & ad argum. contra illam: nullum actum voluntatis in via necessarium, quoad exercitium esse, sed eo illam posse abstinere. Item necessitatem, etiam quoad specificationem, qualis est respectu boni in communi, esse contrariam libertati tota quæ docet, maxime art. 1. inter quatuor rationes 1. conclusionis: eoque art. 3. sæpe libertatem voluntatis esse ad opposita, sequere ipsam determinare, & movere, & art. 1. ad probationem 3. concluf. hæc ex S. Thom. qu. 22. de verit. affert. [Libertas voluntatis in tribus consideratur scilicet, quantum ad actum in quantum potest velle, & non velle: & quantum ad obiectum, in quantum potest velle hoc, & velle illud, & eius oppositum; & quantum ad ordinem finis, in quantum potest velle bonum, & malum.] Quibus hæc Capreolus adnectit. [Voluntas non necessario exiit in actum respectu alicuius obiecti, præsertim hic in via: sic, quod quolibet obiecto proposito in potestate sua est nullum actum habere respectu illius. Potest enim intellectum ab huiusmodi cognitione auertere, & per consequens in aliud inclinare.] Consonat Deza ibi art. 3. notab. 4. col. 2. Insuper Capreolus d. 38. quæst. 1. art. 1. longe à med. post se. 10. vel media causa necessaria non defectiva, seu contingente effectum producit, tunc non sunt simul quod prima causa sit disposita ad producendum hunc effectum, & quod ille effectus non eueniat. Cum autem Deus producat effectum media causa defectiva, seu contingenti, vult etiam S. Thom. quod effectus producti à Deo mediante causa secunda defectiva possunt deficere,

& contingenter eueniunt: quia non habent ordinem ad primam causam nisi mediante secunda: & ideo, quia illa secunda causa est contingens, licet prima sit necessaria, oportet quod effectus sit contingens: cum autem prima causa, eo solum necessaria sit in operando effectum, quatenus ex, decreti quod libere concepit, suppositione necessario sequitur effectus, & non ita operetur effectum media causa contingenti, vt necessario sequatur effectus sit plane, huius effectum à Deo efficaciter antecedenter non decerni prædeterminatæ, aut physice causam contingentem ex illo prædeterminari. Et ad 2. Scoti contra 4. concluf. ex S. Thom. quæst. 5. de verit. art. 9. ad 12. ait. Necessitas causa prima non inducit necessitatem in effectum, nisi posita necessitate in causa secunda. Ergo, si ponitur necessitas effectus per decretum prædeterminativum, aut prædeterminationem, nequit non causa secunda habere necessitatem, esseque causa necessaria, & non contingens: ac subinde nequit effectus esse contingens, & liber: vel, si hic liber sit, nequit esse de eo prædeterminativum decretum, & ad ipsum prædeterminatio causa. Et ad 10. ex S. Thom. ait. Actio prima causa quodammodo determinatur ad hunc effectum per causam secundam. Et art. 2. prioribus 4. conclusionibus sæpe ex S. Thoma repetit futura contingencia in suis causis determinata non esse: obinde nec in eis, sed in seipsis solum cognosci certo posse. Et in med. ad 1. contra 1. concluf. ait: quantumcumque cognoscatur natura humana voluntatis, non tamen ex hoc scitur an producat actum suum, vel non. Ipsa enim potest se impedire, vt ita loquar, quantumcumque sit ad eliciendam voluntatem inclinata, reproducat. Ac statim fere recitat S. Thom. in 1. d. 38. quæst. 1. art. 5. dicentem cognita voluntate, & quibuscumque causis ad actum voluntatis concurrentibus non potest certitudinaliter cognosci, ab ipsa producat illum actum, vel non. Iterum Capreolus d. 45. q. vn. ad 4. cent. 3. concluf. ait, voluntas quantum ad exercitium actus, scilicet, vt velit, vel non velit, determinatur à seipsa: & illud, quo se ad hoc determinat est actus eius determinatus, sed quantum ad specificationem actus, scilicet, vt tendat in hoc, vel in illud determinatur per intellectum ostendens sibi suum obiectum: nempe bonum, ad quod prosequendum, ac non malum, quoad speciem voluntas determinata est. Et licet in 2. d. 1. quæst. 2. art. 1. sub fin. ex S. Thom. quæst. 3. de potent. art. 7. ad 7. doceat voluntatem influere aliquid Deum, quo actualiter agat, art. 3. part. 6. ad argum. contra 6. concluf. init. ex eodem S. Th. ibidem ad 12. ait Dei in voluntate hominis operationem dato illi in suos actus dominio non obesse, sed adhuc non manere obligatam, & determinatam ad alteram contradictionis partem, sed ad vtrumvis indifferentem d. 24. qu. vn. art. 3. post med. ad 6. argum. voluntas, ait, quantum est de sua natura est ad opposita. Ipsa tamen ratione sua libertatis se determinat ad id, quod vult, & ita non indiget alio determinante. d. 25. qu. vn. art. 3. col. 3. & 4. actus elicitus, & imperatus à voluntate contingenter, & evitabiliter euenit, & producit à causa de se indeterminata: qua tamen potest seipsam determinare, scilicet à voluntate. Et toto articulo, libertatem in dominio, potestatem, & æquali indifferentia ad opposita constituit. Et ad 3. Scoti cont. 2. concluf. libertatem voluntatis cum concursu scientia, & voluntate cause primæ vniuersalis componit: quia ita istæ determinatæ sunt ad liberum euentum, vt ad ipsum non esse determinatæ queant. Et ad 1. Henrici cont. 2. concluf. dicit ex S. Thom. motionem vniuersalis motoris Dei esse ad bonum in communi, & complacentiam de eo necessariam: ex ea vero hominem deliberatione sua se determinare ad particularia bona, qua potest se libere determinare, vel non determinare ad quodvis illorum. Quam doctrinam repetit ad 1. Henrici cont. 3. concluf. docueratque articulo 1. concluf. 1. fine & d. 24. quæst. vn. art. 3. longe post med. ad 8. argum. cont. 5. concluf.

10. Nec minoris ponderis est Rupertus Holchet Dominicanus, qui si à vera Thomistica schola in Nominalem transierit tamen in indifferenti ad vtrumvis potentie libere essentiali potestate ab Angelico præceptore, cuiusque schola non defecit. Fors, quia adeo id evidens, vt scholæ omnes quantumvis aduersæ, nequeant non in adeo perspicuo principio conuenire. Igitur Holchet, in 1. q. 3.

feret tota eam indifferentem potestatem, & dominium ad velle, vel non velle positis, & immutatis omnibus præ requisitis absque ulla necessitate ad alterum determinan- te tradit: præsertim artic. 2. in diuisione 3. & definitione libertatis, & artic. 8. ad 5. dub. solut. argum. 3. vbi de nouo, inquit, nullam rem recipio, quæ coarctat ad causandam volitionem, quam prius non habebat. Consonat artic. 9. ad argumenta principalia. Et in 2. quæst. 1. artic. 4. ait. (Dens dicitur aliquid velle dupliciter, vno modo absolute: alio modo ex conditione. Primo modo concurret ad agen- dum cum omni natura agente naturaliter voluntarie. Illo etiam modo facit quicquid facit præcise. Et ideo omne tale est ab eo absolute volitum, & ex electione. Secundo modo concurret Deus voluntarie ad coagendum cum natu- rali rationali libera: cui tales leges statuit, quod quid- quid ipsa velit placet sibi coagere ad illam volitionem, licet non simpliciter placeret sibi agere, sicut per illam volitionem de notatur. Ita quod, si fortes vult peccare, placet Deo coagere secum in hac volitione, & non im- pedire eum; vel si impedit eum, hoc facit per legem communem.) Repetit quæst. 11. artic. 4. ad 1. & 2. Fran- ciscus Victoria Dominicanus, etiam ex illustrissimis, Thomista relect. de peruenientibus ad vnum ration. n. 4. proposit. 3. supponit, vt certam definitionem arbitrij, seu potentie libertatis communem: quæ scilicet positis omni- bus requisitis ad agendum possit agere, & non agere; omni quidem alterius partis necessitate exclusa: cū vte- rius deliberationem ad libertatem, & electionem præ- mitti requirat. Et num. 6. proposit. 5. docet non, nisi neces- sitate inducta, libertatem abesse, & num. 7. proposit. 4. asserit arbitrij libertatem in domino suorum actuum sta- re. Et post pauca. [Ad hoc autem, vt homo sit dominus suarum actionum, duo requiruntur. Alterum, vt homo ha- beat facultatem consulendi, ac deliberandi, quid bo- num est, & quid malum est, & quid consequendum, quid fugiendum, quid vitandum. Alterum est, vt habeat po- testatem post deliberationem eligendi, & relinquendi, quod sic deliberatum est: neque enim primum sufficit. Neque quis esset dominus suarum actionum, si post de- liberationem necessarius, aut sequeretur consilium, aut non posset non sequi. Ista propositio est clara ex commu- ni significatione, & acceptione verborum. Nam is vere Dominus dicitur ab omnibus, qui habet facultatem vtendi re: ita enim definiunt, & Iuriconsulti, & Theo- logi. Et ista facultas non potest haberi sine facultate ra- tionis, & voluntatis, quo est liberum arbitrium.] Petrus de Soto de iustit. Sacerdot. tract. de Sacram. pœnit. lect. 26. post med. § *Primum impotestate voluntatis*, ait. Po- tētia diuina gratia impotestate voluntatis esse velle amo- rem, & quantitatem eius, & non velle: quare, & Deum amare supra omnia, vel non amare. Dominicum Sotum accerrimum contra suos recentes Dominicanos, & eorum prædeterminatas præfinitiones, & pugnacissimum hostem vidimus quæst. 3. cert. 3. n. 8. & 9.

11. Viguerius scholar. & instituti eiusdem ex recita- ta num. 9. doctrina S. Thom. quæst. 22. de verit. ita scribit, cap. 3. § 3. versu 1. fol. 28. col. 3. *Indeterminatio, siue li- bertas voluntatis potest considerari respectu trium: scilicet respectu obiecti, & actus, & ordinis in finem. Quoad obiectum in quantum potest velle hoc, vel illud, vel eius oppositum, & vt (legendum potius, & prout) velle, & nolle positiue. Et hæc libertas vocatur à Neoterics contra- rietatis quoad actum, in quantum potest ponere actum, vel non ponere, velle, vel non velle, negatiue, siue ces- sare ab actu. Et hæc libertas dicitur à Neoterics liber- tas contradictionis: quoad ordinem vero finis, in quan- tum potest velle bonum, vel malum, siue apparet bo- num.] Et versu 2. [Neque obstat libertati voluntatis, quod eius motus pendeat à Deo, qui primo prioritate naturæ concurret cum omnibus causis secundis, & magis, ac fortius influit in effectum, quam causæ secundæ. Vnde videtur, quod postea concursu Dei ad actum voluntatis, voluntas non sit libera, vel operatio Dei sit inefficax. Dicendum, quod posita illa suppositione negatur conse- quentia scilicet, quod ideo non sit libera, nec quod vo- luntas ex necessitate moueatur à Deo quia] (inquit) [Deus libera, libere, & absque necessitate disponit.] Et infer- ri scilicet: [Experimur nos esse indeterminatos circa mul- ta, & bona, & mala; & posse consilium, & deliberare,*

& ex duobus oppositis eligere, quod volumus: & vno solo obiecto oblato posse acceptare, vel respuere, vel suspendere actum. Repetit versu 4. Ioan. Vincentius Ge- neralis Dominicanorum Vicarius, & Vespertinus Salmanti- nus Professor prælect. manuscripti. in 1. p. quæst. 19. ar. 8. dub. 2. conclus. 5. acriter in physicam præmotionem, & subinde in prædeterminatas præfinitiones, tanquam li- bertati nostræ intestas, inuehitur, vel inde maxime: quia, si auxilium, inquit, & efficax prædeterminatum est simpliciter necessarium apparet inuisum illud diuinum præceptum, quo Deus obligat Petrum ad actum super- naturalem fidei, scilicet, charitatis, &c. Ad cuius actua- lem executionem non confert efficax auxilium: (scilicet, quod idem est, de qua nou concepit prædeterminatum decretum.) Hæc difficultas est maxima apud me. Etenim Auctores contrarij sententia non aliter de illa se possunt expedire, nisi recurrendo ad distinctionem de sensu di- uino, & de sensu composito, quæ tamen distinctio in hac parte leuissima est: tota enim consistit in verbis. Sed quoniam ea prælectio manuscripta prælum non vixit, res- tes testimonij, & sententia: huius omni exceptione ma- iores proferamus. Et quoad distinctionem, eius leuitatem, testis est Ledelma de auxil. artic. 14. §. Hæc difficultas re- leuerrima: quoad Lectionem libertatis artic. 1. col. 7. §. 4. supposito. Testis item est Magist. Franciscus Corneo Augustinian. Primarius etiam Professor Salmantinus tra- de Scient. Dei d. 5. dub. 3. §. Dices conuenire, ait. Præ- finitionem, & prædeterminationem, ad materiale pec- cati præsertim, ex quo ad reliquas humanas actiones cui- dens in principis aduersitatem est confectio) expresse Thomistis aliis displicuisse, ac etiam, inquit, [Magist. Ioanni Vincentio, qui in sua lectione de voluntate Di. i. part. quæst. 19. circa art. 8. quam ego vidi, & legi, pila- m professus est: Deum materiale peccati neutiquam prædefinire: aiens ab hac sententia sola Ecclesiæ auctori- tate se posse dimoueri. Huius in Cathedra iussessor Basil. Legionens. Augustinian. 1. par. variat. cap. 3. fine, & oculatum se, & aurium sententia Ioannis Vincentij in- uersum contra præmotionem voluntatis nostræ à Deo non exhibet testem. [Licet nonnulli obliuiscant prædetermi- nationem illam voluntatis ex physica præmotione, aut qualitate prouenientem, quæ ita ad vnam partem deter- minaret ante consensum voluntatem, vt deinceps non esset electionis humanæ illi posita motio: Dei, aut ob- temperare, aut resistere docuerint: excitauit tamen Deus olim doctissimum, & religione excellentissimum virum Ioannem Vincentium ex eadem familia, qui eadem de- cendi rationem validissime impugnauit: & morales tan- tum præfinitiones per excitationes, quæ sunt actus in- tellectus, & voluntatis induxit, legit, dictauit in Salmanti- no Theologorum gymnasio me, & spectante, & au- diente; & postea alij ex eadem familia ab illa propositione cum laude, & fructu discesserunt.] Fuit autem Ma- gister Ioan. Vincentius, qui dignissimum de gratia Chri- sti opus Typis euulgauit. Et Catherinus 1. de prædictis, & Sixtus Senensis citando loco quæ sequenti.

12. Referendi iam summam sunt Dominicani alij proceres, quos quæst. 3. certam. 3. & quæst. 4. vel tenu- limus, vel teitauimus. Magist. Hieronym. Mazzellii siue à Bononia sacri Palatii Magister, Franciscus Romæ Magister Dominicanorum Generalis relati quæstione 3. certam. 3. num. 8. Magistri etiam Dominicani Campa- nella, Iulianus Ioubert eius ordinis Vicarius in Gallia Ge- neralis, & Sorbonicus Doctor Antonius Maller, Cosmas Marellus, fidei etiam quæfitor, Augustinus Rustus Italij Panormitani Regens, P. Forest eius socius, & Seraphi- nus Rualdus postea ad sacras infulas assumptus: quos omnes retulimus ibidem num. 11. item Magistri Zanguius Mondragon, & Tiedra qui in reliquorum Magistrorum Vallisoletri Dominicanorum, quibus præ- finitiones prædeterminatiue humanarum actionum, per- uarum præsertim, fuerunt inuicē adductæ à Primario Vallisoletrano Professore Doct. Ioan. Garcia Coronel. re- citato quæst. 4. certam. 2. numer. 8. vbi eiusdem doctrine Olorem Magistrum Mancium etiam Domitium apud Complutenses, & Salmantinos Illustrem Primarium Pre- fectorem refert. Et Patres Dominicanos, eoque doctis- simos, supremæ Inquisitionis Lusitanæ iussu Molinæ, id- est nostram sententiam, non probasse solum, sed lau- dasse.

disse: Magistram scilicet Bartolomæum Ferreira supremi illius Senatus censorem, & Magistrum Ioannem de laque- bus Archiduci Austriae Alberto, tunc eius Senatus Prae- sidi, & Generali fidei Quæstorio a confessionibus, postea Abatensem, post Almeriam, Episcopum constar ex cer- tam, 3. num. 8. & 9. quibus addde Complutenses Domi- nicanos Primarios Professores Magist. Laurentium Gu- tierrez, & Magistrum Biedma, quos suorum fratrum hac in re duritiam ferre non posse publicè in suis lectionibus, & Generalibus Theisibus & Cathedra conceptis verbis fieri non semel spectauimus, & audiimus, Magistrum Gal- parem de Corduba Philippo 2. a confessionibus Magist. Cello Collegii Hispaniensis sui Regentem Magistrum Balhafarem Buchnerum Academicum Heripolensis Do- ctorem, qui, & epistole eius Academiae pio nostra sen- tentia ad sedem Apostolicam recitate a nobis quærit. 4. certam, 1. subscript Mag. Arauxo postquam Episcopatu Seguntini, ut aiunt extraxit, licetque non e suorum Dominicanorum, sed ex animi sententia impune scribe- re 1. 2. quærit, 1. 11. art. 5. dub. 3. num. 36. qui Physicam præ- determinationem (ac propterea Thomistica decreta) ad S. Thom. ianuas fuisse expositam, non secus, atque in ianis scribis Ecclesiæ, exponitur, ut ab ipsa volente, nolente in eam, & in eam recipiatur. Exinde vero eam sen- tentiam iunctis cum nostris, & auctoritatum, & ratio- num copis per plures numeros infectatur: quod autem Prado citandus responderet: hæc Magistri alterius sui or- dinis manuscripti in Bibliotheca sua Salmanticensi ad- feruntur ab illustrissimo Arauxo suo illi operi inserta fuisse hunc quidem nobis non eripit, sed alium, bonæ apud ipsos notæ, Magistrum contra suos pugnantem vitro do- nat. Adde etiam e Dominicanis Thomam Elifem de libert. arbit. quæst. 4. art. 3. Ambros. Catherinum de præ- fatione, part. 1. & 2. Bartolom. Medina Primarium Salmanticensium 1. 2. quæst. 14. art. 3. in expositione litteræ ubi eandem potestatem circa consultanda requirit quam S. Thom. ibi & Arist. 3. Ethicor. cap. 3. omni eius impossibi- litate, quare & alterius partis necessitate, excludit & 3. part. quæst. 18. art. 4. in expositione litteræ. Si attente le- gatur, maxime siue ad Hieronymi testimonium, Porro, si hæc sententia recitari, citantur Thomistic Dominicani cum aliis oppositis sententia conferantur, vitra ex eis e S. Th. mente sit (cui data ex ipso testimonio nos deherent) facile constabit: quales enim, & S. Thom. intelligentia, & doctrina sunt Berdu, Rispolis Iosephus a S. Maria, Cab- berando, Nauarretus, imo & huius doctrinæ Antefigura- tus Bannez, qui hac in re ad plura Sancto Thomæ con- tradictoria asserenda fronte perititit (ut statim vide- bimus) ut cum his conferantur i Sed & Albarez, & Le- desma bonæ notæ Magistri, & pauculi alij, qui pro suo- rum sententia post item contra nostros contectam scri- psere, pro mente præferunt S. Thom. fidem non faciunt eum apertissimo partium suarum studio scripserint. Certe si vere Thomistica scholæ, doctrinæ, & Doctoris signa, quæ, vel aduersarij ipsi notant, & præscribunt, ad rem præsentem attendantur, nos nostramque in hac re sen- tentiam vere Thomisticam aduersam vero, Pseudo-Tho- misticam euincunt.

CERTAMEN IV.

Es signis ab aduersariis præscriptis senten- tia, & schola nostra vere Thomisti- ca euincitur.

1. Vidimus Mag. Ioannem a S. Thom. vere Thomisti- cam scholæ doctrinam sequentibus notis delinean- tem, vel describentem. Is siquidem 1. part. tract. præuio de approbat. doctri. S. Thom. d. 2. art. 5. habet. Primum igitur optimum signum intelligentiæ D. Thom. & disci- puli eius est, continuatio, & ad alio ad illos, qui per successionem temporum discipuli eius habiti sunt, eiusque adhaerent doctrinæ. Sicut Herbasus, Capreolus, Ferrara, Victoria, Soto, Flanckia, Chietan, Conradus,

&c. Atqui his omnibus, qui in exemplum ad purum ex coctorum Thomistarum asligantur, & aliis pluribus per- tates omnes explorato Thomistis, Prædeterminationes physice voluntatum nostrarum a Deo, & eis coniunctæ præfinitiones prædeterminatiuæ, inuisæ, & alienæ a S. Thom. mente vitæ sunt: quibus nos nostrique omnes ad- heremus; vii ex eorum testimoniis patet: ergo ex pri- mo hoc, & præcipuo signo in re præfenti veri Thomistæ, & discipuli S. Thom. re vera sumus; Aduersarij vero Pseu- do-Thomistæ, seu Thomistæ adfictio, & arreptio no- mine tantum. Scio Mag. Ioan. Martinez Prado 2. Physi- cor. controuert. 12. art. 2. numer. 35. dictorio in ipsum ex dictis facile refundendo præmissis, vi ex aliquis Tho- mistis, & imprimis Capreolo præfinitiones, & præmo- tiones physicas suas probet, euidentissima testimonia pol- liceti; cum tamen ea producat, quæ resolutionem quid- dem mereantur. Solum enim habent Deum, & virtutem causis secundis, earum scilicet productione, conferre, & cum eis ad omnes effectus operari, eisque prius prædica- tum entis, quod prius, & vniuersalius concurrere: quod solum probat concursus diuini ad creatum præceden- tiam prioritate maioris vniuersalitatis, non natura. Sa- tius proinde illi ad suum intentum fuisset aliqua proba- bilitatis specie alium ex pluribus, iam olim nostris, contra suos Dominicanos inductis, cum ex S. Thomæ cum ex veris ætatum omnium Thomistis testimoniis apertis facisfacere, quam vanas, & ventosas auctoritatum euidentias pollicitari. Merito ex hac discipulatus S. Th. nota Doctores recitari num. 2. sententiam Thomistarum recentium non minus S. Thomæ, quam nobis aduersarij dicebant. Deponeret ergo si hæc dicta videret, ex- penderetque Rispolis querulum in nos stomachum illo- rum verborum 2. de auxili. quæst. 1. ante 1. conclus. Relin- quant igitur, quæ nobis Doctorem nostrum, qui clare sa- tis loquutus est, ut omnes eius discipuli ipsum interpre- tantur: quibus solum Anglici Doctores mysteria nosce- re, & scribitur datum est. Mitto mysterij cum claritate sententia repugnantiam, quam vitro Rispolis admittit, aliis forsitan in re præfenti admittendis assuetis. Faciunt enim nobis eius verba de vero nostro S. Thomæ discipu- lato causam meliorem: cum siquidem satis clare, & de se, & iuxta omnium discipulorum eius interpretationem locutum, & intelligimus, & scetamur. Nobis igitur re- linquendus ab aduersariis erit Anglicus Præceptor, qui- bus mysteria eius, & nosse, & eo modo scrutari datum est. Quod si sitaminea tunica alba, & nigrum pallium, & bardo cucullus ad eum interpretandum clauis intelli- gentiæ donent, eius sane indumenti omnium sapientissi- mi homines ad ita nobis, non nisi vestigijs eorum insilendo, ingredientibus referantur: quamquam non facile af- sequeor, qui vestium habitus, qui Monachum, ut aiunt, non facit, certa adco lege faciat interpretem?

2. Signum discipulatus S. Th. secundum, & maxi- mum ab eodem Ioanne a S. Th. ibidem præscriptum (& in quod tertium, & quartum recidunt tandem) est asse- ctus ipse ad D. Thomæ doctrinam, ac conatus ac labor in defendendo, ac ampliando. Monet vero huic non obesse, si quando ex in firmitate propria, ac profunditate diffi- cultatum non plane intelligatur, aut etiam deservatur. Hoc autem ipsum nobis sanctiss. Patriarcha noster Ignatius 4. p. constitut. c. 14. satis insinuat: dum nostris ad Theolo- gicam suppellectilem parandam, & Sacra Biblia & S. Th. Doctrinam legendam præstituit. Ex inde vero congre- gatio 5. general. can. 41. vii constitutionibus nostris satis insinuat, statuit S. Th. a nostris Theologis Professori- bus audire, & laudandum, & sequendum, neque ubi (si quando ita videatur opportunus) sine reuerentia Telin- quendum; arcendoque a lectura, qui non bene in eius do- ctinam animati comprehendantur. Et can. 56. proprius scholæ nostræ Doctor S. Thomas instituitur. Et si mode- ratum doctum a Ioanne a S. Th. adhibetur statim subiun- gatur. Non sic tamen S. Thomæ adficti esse debere. Pro- fessores intelligantur, ut nulla prorsus in re ab eo rece- dere liceat: cum illi ipsi, qui se Thomistas maxime pro- fentur aliquando ab eo recedant: Nec sine gloria, ut de Mag. Victoria Melchior aiebat can. 1. de locis. Adierim eo iudicio laudem dissentiendo, quam si assentiretur con- sequitur: tanta erat in dissentiendo reuerentia? Et sa- ne nostram hac in parte sententiam, vel eo in primis do- cendam